gistri Cunradi, ut illesas serva-
rent consciencias suas. Unde sepe
paciebatur multam penuriam,
malens fame affligi, quam illi-
citis vesci, solis quandoque tor-
tulis cum melle conditis utens.
Que inter diversa fercula in
mariti mensa nonnunquam
fame et siti affligebatur, ita
ut illam ipse maritus ali-
quando occulte muniret, si
posset bono illo quibus tunc ad
mensam serviebatur, ei non
fuisse uti licita. Die quadam
cum marito comedens cum
a multiplicibus escalis propter
conscienciam abstineret, quin-
que tantum aviculas minutis-
simas sibi missas habens, ex
quibus sibi duas reservavit,
et reliquas pedissequis suis mi-
sit, his solis in illo prandio
contenta. In ancillarum vero
penaria plus quam in propria
paciebatur eo quod de bonis illis
aliquando necessaria non dare ~~non~~
poterat pusillanimitatem
illarum timens. Unde frequen-
ter necessaria de serviciis rustico-
rum querens ei solummodo cibum
quo sana conscientia uti pote-
rant inveniens ait ancillis suis:
Modo sine potu vini comedetis.
Sic econtrario quando vinum
esse noverat de vineis mariti
sui et de cibo timuit, non potum
sed cibum illis prohibuit. Quan-

+ moneret?

amedēs commedens

noverāt